

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Expositio officii missae sacrique canonis**

**[Reutlingen], 1. Sept. 1483**

Tractatus quartus libri primi De missa

[urn:nbn:de:bsz:31-319967](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-319967)

deteriora mereri supplicia qui filium dei  
 conculcauerint etc. Ubi dicit glo. xpm  
 conculcat qui libere peccat absq; timore  
 et pnia et indigne eo picipat. Quinto  
 tales indigne pficientes et sumetes rei  
 et culpabiles erunt. ac si xpm occideret  
 Juxta illud apli. Qui manducat panem  
 hunc et bibit calicem dñi indigne reus  
 erit corpis et sanguinis dñi. vñ ambro  
 sius. Qui indigne xpm sumit idem e ac  
 si eum interficiat. Et talis iterum xpm cru  
 cifigit. Juxta illud ad Hebre. vi. Rur  
 sum crucifigentes filium dei. Si q̄s fidē  
 hñs sciret se seme xpm crucifigisse. ipe  
 vellet nudis pedibus p mundū ambu  
 lando p totū tps vite sue penitentiam  
 agere. Quid ergo dñt tales facere qui  
 multociēs fecerūt peccatū huic simile  
 Sexto deū tales offendunt ex magna  
 ingratitude. Ibi em̄ venit diuina ma  
 iestas visitare hoīem in sacramēto alta  
 ris cū plenitudine chrisimatū. et vilis hō  
 nō timet deo ptumeliam inferre. De  
 iores sunt hij latronib⁹. Nā latrones  
 istis ad quoz mensam comedūt sepius p  
 annū seruāt fidem et in nullo eos ptur  
 bant. indigne vō pficientes et sumentes  
 in ipa mensa ei cū quo comedūt. scz dō  
 inferūt cōtumeliam. Et vltra istas gra  
 uissimas offensas hō incurrit lōgas in  
 firmitates et improuisam mortē. Teste  
 Aplo ad Ro. vii. sic dicente. Propter  
 qd̄ inter vos mlti infirmi et imbecilles  
 et dormiūt multi. Legitur nāq; in libro  
 pascbasij qd̄ hij qui indigne p̄nunciant.  
 nisi bonitas xpi cū iudicio pendēt om  
 nino gladiū vlciois suspenderet et tem  
 porale mortē remoueret. ab angelis sta  
 tim p̄nerent qz ciuitas iudeoz p mor  
 te xpi destrui debuit. et iudei interfici  
 sicut factū fuit anno xliij. post mortem  
 xpi. p tytum et vespasionū. et peccatū

indigne pficientiū simile est peccato il  
 loz qui xpm crucifixerūt. igit̄ iustissime  
 possent tales interfici. nisi tūc bonitas  
 dei ad pniaz eos reseruaret.

Tractatus quartus libri pri  
 mi De missa.

¶ In tractatib⁹  
 tribus p̄cedentib⁹  
 dictū est de sacra  
 mento eucaristie /  
 et de ei⁹ debito mi  
 nistro scz de sacer  
 dote i officio misse  
 ipm sumente ⁊ cōficiēte quare expedit  
 qd̄ iā q̄stum ad tractatū quartū. aliqua  
 in spēali de ipa missa declarenē. Habe  
 bit aut̄ tractat⁹ iste decē septem breuia  
 capitula  
 Quot modis missa dz. ⁊ quō diuiditur  
 et vnde dicat̄. caplin primū.  
 Quomodo missa sit celebranda et vbi  
 capitulū scdm.  
 De p̄rogatiuis misse caplin terciū.  
 Quare quotidie missa celebratur. cū tñ  
 xpc̄tm̄ semel passus sit caplin quartū.  
 An liceat i aliquo casu sacerdoti bis ce  
 lebrare in vno die capitulū quintum  
 An missa boni sacerdotis melior sit q̄  
 missa mali sacerdotis caplin sextū  
 Quare missa semp sit libenter audiēda  
 capitulū septimū  
 Qualiter missa sit audiēda ca. octauū  
 Quare officium misse versus orientem  
 offerē cū tñ deus sit vbiq; ca. nonum.  
 Qualiter a sacerdote ex quo in missa  
 adorāndus d̄s sit. et q̄s. et qliter suas ora  
 tiōes p̄nunciare debet caplin decimū  
 Quot mōis missa pagitur. et de cantu  
 quo missa solemnizatur ca. vndecimū.  
 De diuersitate officij ambrosiani et

gregoriani capitulū duodecimū.  
De hora celebratiōis missarū. ca. xiiij.  
De priā institutiōe missę et a quib⁹ missa  
fm hmōi ritū est ordinata. ca. xiiij.  
De pūda ordinatiōe missę et in quib⁹  
pūtit capitulū quindecimū.  
De rectoriōe legalis sacrificij ad sacri-  
ficiū missę caplm sedecimū  
Quare dies sabbati cessit beate vginie  
in spēalem memoratiōez. et q̄liter offi-  
cia missę distinguunt fm aliquaz terza-  
rū p̄suetudiez iuxta numerū dierum in  
ebdomada caplm decimūseptimū.

Capitulū p̄mū Quot mōis missa  
d̄r et quō diuidit̄ et vnde dicat̄

Missā vno mō significat missę  
m rii seu officij illio mō signi-  
ficat misterij seu sacrificij.

quod offerit̄ in pactiōe talis officij. Totū  
officiū d̄r missa quasi transmissio eo q̄  
plebs fidelis p̄ misterij sacerdotis qui  
fungit̄ vice mediatoris dei et hoim/p̄-  
ces et vota trāsmittit̄ altissimo. Ip̄m  
vō sacrificij seu hostia q̄ i missa offerit̄  
missa vocat̄ q̄si trāsmissa. nobis q̄dem  
p̄mo p̄ incarnatiōez trāsmissa postea a  
nobis d̄o p̄ri trāsmissa p̄ oblatiōez p̄ri-  
mo nobis trāsmissa a p̄re vt fit nobiscū  
postea a nobis trāsmissa p̄ri vt p̄ nob  
intercedat apud ip̄m. hec em̄ missio seu  
legatio sola sufficiens est ad soluēdū oēs  
inimicitias et offensas iter deū et hoiez  
Missā etiā generaliter d̄r a mittēdo. iō  
fm illu. qz celestis nunci⁹ missus ad  
p̄secrādū corp⁹ d̄ni aduenit. Juxta q̄  
sacerdos orat̄ Jube hec trāsseri p̄ ma-  
nus sc̄i angeli tui i sublime altare tuū  
Officiū missę diuidit̄ i missam cathecu-  
minoz. et in missaz fidelij Missa cathe-  
cuminoz est ab introitu vsqz p̄ offer-  
torij et d̄r illa missa ab emittēdo qz tpe  
illo quo sacerdos incipit p̄secrare euca-

ristiā cathecumi foras de eccia mittit̄  
Lecto siquē euāgelio dyacon⁹ clama-  
re solebat. si q̄s cathecumin⁹ adest exea-  
at foras. Cathecumi sacris misterijs n̄  
d̄nt interesse q̄ nō nisi fidelib⁹ baptiza-  
tis p̄mittunt̄. Missa vō fidelij est ab  
offertorio vsqz ad finē. Et d̄r tūc p̄rie  
missa a mittēdo qz tūc ad p̄ria fidelis  
q̄sqz trāsmittit̄ dyacono dicente. Ite  
missa est. Constitutū em̄ est i aurelionēsi  
p̄cilio. qz cū ad celebrādas missas p̄pls  
p̄ueniret in dei noie nō ante discedat  
q̄ missa solēnitās p̄pleat̄. de p̄e. dis. j. c.  
Lum⁹ ad celebrāda.

Caplm sc̄dm illud quo et quō et  
vbi missa sit celebrāda

Missā nō est celebrāda nisi a sa-  
m cerdote p̄pter hoc si layc⁹ ex-  
temeritate vestes sacras in-

dueret. et canonē legeret et vba p̄seca-  
tiōis cū intentiōe p̄ferret nihil ageret.  
qz requirit̄ ordo sacerdotalis. vt postea  
dicet̄ Secūdo missa nō est celebrāda nisi  
a sacerdote induto vestib⁹ ad hmōi sa-  
eramētū et officij solēnitatē ordinatus  
q̄uis sine vestib⁹ p̄ficeret. eque bñ. tñ  
nō d̄t sine vestib⁹ celebrare ne videat̄  
tur esse p̄tempoz sacroz canonū vt ha-  
bet̄ de p̄e. dis. j. ca. Elestimēta. Tercio  
missa ē celebrāda in eccia p̄secrata nisi  
in magna necessitate vt possitis i itine-  
re si eccia defuerit in tētorijs celebrari  
p̄mittit̄. vt habet̄. de p̄e. dis. j. ca. Con-  
cedim⁹. Quarto qz supra altare vel su-  
pra tabulā cōsecratā i qua lapis firmi-  
ter sit p̄iunct⁹ celebrat̄. qz eccia funda-  
ta est supra firmā petrā. qui lapis si mo-  
tus fuerit a sua capsā p̄rit bñdictio Et  
d̄t t̄lis lapis iter firmari et cōsecrari  
de nouo anq̄ sup eū celebrat̄. Et in cō-  
cilio cribimēsi statutū habet̄. si tabula  
altaris cōsecrata ceteraqz misteria ad

illud officium pertinencia affuerint missarum  
 solennia celebrare. *Secundum* ut patet de  
 ple. dis. i. Si tabula. Notandum est hic in  
 cidetaliter quod usus altaris in veteri tes-  
 tamento super aspidem. ut legitur. Gen. ix.  
 ubi dicitur. Edificauit noe altare domino et tol-  
 lens de cunctis pecoribus et volucribus  
 muris obtulit holocausta super altare  
 domino. qui noe primum ritum altaris exhibu-  
 it. post hoc abraham usum in oblatione al-  
 taris habuit. post hoc tempus legis moysay  
 ce ritus legalis multum altaris indiguit. et  
 dicitur altare quasi alta ara. tamen rone situs quod est  
 eleuatum supra terram. tamen propter sacrificium  
 quod in altari offertur: quod super altare consecra-  
 tur corpus et sanguis christi. quod est altissimum  
 sacrificium. Et sic dicitur ara ab ardore quod in le-  
 ge antiqua holocausta cremabantur in  
 altari. Quia missa celebrari debet a sacer-  
 dote non irregulari. non excommunicato  
 aut alias prepedito. Quis ita sit. quod sa-  
 cerdos si sit hereticus. scismaticus. excom-  
 municatus. irregularis. vel suspensus.  
 dummodo seruat formam verborum et intentio-  
 nem perficiendi habeat eque bene proficit.  
 Nec tamen predictio apponitur propter cautela  
 Sexto missa est celebranda cum lumine ac-  
 cense. sine enim igne sacrificari non debet. in  
 illud leui. vi. Ignis in altari meo semper ar-  
 deat. lumen illud fide populi designat quod non  
 debet esse absconditum sub modio sed posita super  
 pedem cadela. ut ingrediens unitatem  
 ecclesie videat opera ex fide relucere et cla-  
 rificentur presertim quod in celis est. Septimo a sa-  
 cerdote calcato missa debet celebrari  
 Nec predictio est honestatis non tamen neces-  
 sitatis. Unde notandum. quod religiosus sine  
 sui professionis ordine discalceatus. si ince-  
 dat missam celebratur calcet se ex pre-  
 cepto apostoli ad Eph. ult. dicitis. Stare  
 calcate pedes in preparatione euangelij pa-  
 cis. Calcet sunt de pellibus mortuorum animalium

lium et calcet homo cum his terram. et sunt  
 clausi de subtus et aperti de super quod desig-  
 nat. quod sacerdos debet esse mortuus mundo  
 et cor habere clausum de terrenis et ipsa ratione  
 lubrica calcare et vilipendere et cor ap-  
 tum habere ad intelligendum et ad imaginandum  
 deum et ad desiderandum celestia. Octauo  
 sacerdos debet celebrare missam super altare  
 re ad minus duobus panibus tecto. ut vult  
 Ray. Nono missa debet celebrari in die et  
 ante meridiem. de quo dicitur infra xiiij. ca.  
 h. tractat. Decimo ad minus vno pane  
 debet missa celebrare si aliquo modo eius  
 habere potest. ut dicitur glo. super ca. Nec quoque  
 de ple. dis. i. Si vero nemo responderet tibi  
 vel si nemo altaret vel solus vnus ad  
 huc dicere debet. dominus vobiscum. et orate pro  
 me. Quia sacerdos est persona communis.  
 et loquitur ad totam ecclesiam. et in persona totius  
 ecclesie sacrificat. Immo sine glossa  
 ubi supra. inclusus missam solus canta-  
 re potest. Hoc intellige. ubi clerici copia  
 non suffragatur. alias secus esset. De  
 hoc plenius patebit infra circa primam  
 salutationem scilicet dominus vobiscum

Capitulum. iij. De prerogatiuis  
 ipsius missae.

Prerogatiua ipsius missae ex iam  
 predictis aliquantulum patuerunt  
 possunt tamen adhuc plura alia  
 assignari. Unum est quia missa primo  
 a christo est instituta. ut patet de ple.  
 dis. ij. ca. Quia corpus. Secundum quod  
 ab apostolis et a sanctis patribus. per  
 indumentum et ornamentum. et cantum. et  
 gestum est solennizata. quia ut habetur  
 de consecra. dis. i. ca. Jacobus. Oratio  
 celebrandi missam a beato iacobo fra-  
 tre domini. et basilio cesariensi episcopo  
 in scriptis est redacta.

Tercium quod ibi sonant verba diuina angelica et humana. Ibi enim cantatur pater noster. quod est oratio dominica. et verba euangelij et verba consecrationis leguntur. que omnia sunt verba diuina. quia a domino nostro iesu christo prolata et ordinata. Angelica verba sunt. Amen. alla. gloria in excelsis etc. Letera sunt humana. Quartum prolatum. est quod in missa audiuntur tria notabiliora ydemata que sunt in modo scilicet hebraicum. grecum. et latinum. De quo dicit in kiri eley son. Quintum quod missa tam plena est misterijs. suo modo sic mare guttis. et solatha mis sicut firmam. nentiu stellis. et celum empirium angelis. Sextum quod sacerdotes in solemnibus ecclesijs et festiuitatibus habent plures ministros ad hoc officium consecratos et ordinatos. scilicet dyaconum. subdyaconum. et accollitos. Septimum quod ibi est dominus celi et terre. sub speciebus panis et vini qui post consecrationem offertur deo patri. Octauum quod nil tam salubre et deo acceptabilius est ad salutem viuorum et mortuorum sicut missae celebratio.

Capitulum. iij. Quare quotidie missa celebratur cum tamen christus semel passus sit.

Orassis et hec dubitatio pulsatur a quibus que quotidie missa celebratur. cum tamen christus semel solus passus sit. cuius passionis memoria in missa recolitur. Et licet huius dubitationis alique cause sint prius assignate. tamen proprie tres cause specialiter assignantur. Prima quod sic corpus naturaliter indiget quotidie nutrimento corporali. sic et anima quotidie indiget nutrimento spirituali. sed corpus et sanguis christi sunt nutrimenta spiritualia anime. ut sufficienter superius dictum est cum de sacramento eucaristie

ageretur. ideo quotidie offertur. Secunda causa est. quod propter morbum quotidianum. necessaria est medicina quotidiana. Sed homo quotidie labitur in peccatum. ideo quotidie indiget hoc sacramento pro medicina. teste beatus ambrosius. sic dicente. Si quotiescunque sanguis christi in remissionem peccatorum effunditur. debeo semper accedere ut tempus mihi peccata dimittat. que semper pecco. semperque debeo habere medicinam. Cui alludit beatus Augustinus. dicens. Quotidie hec oblatio iteratur: licet christus semel sit passus. quod quotidie peccamus. peccatis sine quibus humana et mortalis infirmitas vivere non potest. Et quod quotidie labimur. quotidie pro nobis christus mystice immolatur. Tercia causa quod hoc sacramentum est institutum in memoriam passionis domini Luca. xxij. Hoc facite in mea commemoracione. Et quotidie recordemur passionis domini. quotidie missa celebratur. Cuius de se. dist. ij. ca. semel dicitur Semel christus mortuus est. in stus pro iniustis. et certum habemus et spe immortali tenemus. quod iam non morietur. mors illi ultra non dominabitur. Tamen ne obliuiscamur quod semel factum est. quotidie fit immolatio missae. tamquam videamus dominum pedentem in cruce

Capitulum. v. An liceat sacerdoti in aliquo casu bis celebrare vno die.

Sacerdos est qui publica persona ideo potest quod non solum pro se. sed etiam pro alijs celebrat. que propter necessitate cogente. potest pluries vno die celebrare. Quilibet ergo alter homo in vno die solum semel comunicet. Tamen propter puritatem passionis christi. Tamen propter reuerentiam sacramenti. ut in hoc quod semel sumatur. reuerentia sacramento exhibeatur. Si autem necessitas non cogat. sufficiat sacerdoti vnam missam in vno die celebrare: quia christus semel

e. j.

passus est. et tunc totum mundum redemit  
 ut dicitur de pasc. dist. ij. ca. Sufficit. Nam  
 non modica res est unam missam face-  
 re et valde felix est. qui unam missam di-  
 gne potest celebrare. ut patet de pasc. dist. ij.  
 ca. Non modica. Sunt tamen sex casus in  
 quibus sacerdos licite una die potest bis  
 celebrare. **Primus casus** in die natali  
 domini. immo ter ut infra dicitur. **Secundus**  
 casus si funus est presens tunc potest una mis-  
 sam de die/alteram pro defunctis ce-  
 lebrare sic quod illam de die potest celebrare  
 et postea pro defunctis. Unde de pasc.  
 dist. ij. ca. Non modica dicitur. Quidam tamen  
 unam pro defunctis faciunt. alteram de die  
 si necesse sit. Ex isto videtur sequi prout  
 dicit dominus wilhelmus. quod qui unam celebrat  
 de festo/alteram pro anniversario absque  
 funere presenti. mortaliter peccat. si facit  
 in locis in quibus prohibetur est. Si autem  
 non est inhibitorium et si non facit hoc propter  
 cupiditatem. sed propter evitare scandalum  
 quod forte anniversarium alicuius notabilis  
 occurrit. et scandalizarent forte amici  
 eius si anniversarium non faceret. vel ex  
 alia necessaria causa non peccat. **Tercius**  
 propter necessitatem peregrinorum comitantium  
 ad limina vel reliquias sanctorum in die  
 solenni illorum sanctorum. vel in dedicatione  
 ecclesie. si non possunt omnes eadem hora  
 ad ecclesiam convenire. potest bis cele-  
 brare. ne populum privet devotione.  
**Quartus** propter necessitatem infirmorum  
 iterum potest bis celebrare. **Quintus** propter  
 adventum principis vel magne persone  
 potest bis celebrare. **Sextus** propter ne-  
 cessitatem nuptiarum. cum tempore nuptiarum  
 labitur si necesse est potest bis celebrare.  
**Septimus.** Unus dies missam tantummodo  
 postulat unam. Excipitur functus. necessi-  
 tas. cum peregrinus. Infirmus comens  
 domini natalis et hospes Et mulier nubes

cum tempore labitur illi. Item versus de eodem  
 dem. Natalis nuptus functus eger pe-  
 grinus. Hospes si fuerit missam licite  
 duplicabis. Per nullam autem necessitatem  
 ultra duas missas celebrabit propter quod in  
 die natalis domini. in qua licite poterit  
 tres celebrare. Versus Tres vult na-  
 talis. nisi binas cetera querunt. Qui vero  
 pro pecunijs. ex cupiditate vel adula-  
 tionibus secularium una die presumit plu-  
 res missas facere graviter peccat. nec  
 estimo eum evadere estimationem. intelli-  
 ge si non peniteat. quod patet de pasc. dist. ij. c.  
 Non modica. Sed quare in die nata-  
 lis domini tres missas ab uno sacerdote li-  
 citum sit celebrare. est sciendum. quod hoc fit  
 propter certum misterium. Nam per illas tres  
 missas representat triplex status scilicet sta-  
 tus ante legem. sub lege. et status gratie.  
 Illa missa que cantatur in nocte signifi-  
 cat statum ante legem. quando homines erant in  
 tenebris. Unde in illa missa legitur. pro-  
 pheta. populus gentium qui ambulabat in  
 tenebris vidit lucem magnam. Secunda  
 missa que dicitur in aurora. significat tempus  
 sub lege. in quo iam incipiebant aliqua-  
 liter agnoscere christum. propter dicta legis  
 et prophetarum. sed non plene. et ideo canta-  
 tur inter diem et noctem. Tercia missa dicitur  
 in die et significat tempus gratie id est presens  
 tempus. Et dicitur officium missae. Huer natus est  
 nobis. Et hoc intelligi potest vel scribitur in  
 his versibus. Tres in natali missae presens  
 celebrari. Quarum prima sacramentum christi  
 signat genituram. Altera venturi desi-  
 gnat gaudia christi. Tercia iam factum ut lex  
 fore facta designat. Etiam ille tres missae  
 propter aliud misterium celebrantur. scilicet  
 propter triplicem christi generationem et nati-  
 vitatem. Quoniam prima missa significat  
 generationem christi. qua genitus est  
 eternaliter a deo patre. Et secundum officium ca-

est factum  
 iacob celebrare  
 ad modum  
 per rone

nit Dñs dixit ad me. et graduale *Les*  
 cum principii. et cōmunio In splendo  
 ribus sanctorū: que omnia exprimunt  
 istam eternā generatiōem. q̄ ista gene  
 ratio est inscrutabilis et inenarrabi  
 lis. scdm q̄ dicit *Ysai*. Generatiōem ei  
 quis enarrabit. Idcirco missa illā ge  
 neratiōez representans in nocte celebra  
 tur. Secunda missa significat genera  
 tiōem et natiuitatem xp̄i sp̄ialem qua  
 nascitur in cordib⁹ fidelium p̄ graciā.  
 Un̄ cantat officii *Lux* fulgebit hodie  
 Tercia missa significat generatiōez et  
 natiuitatē xp̄i tp̄ialem q̄ nat⁹ ē de v̄gie  
 maria Un̄ cantat officii *Quē* natus  
 est nobis. Et est notandū pro cautela.  
 q̄ sacerdos volēs bis celebrare vno  
 die non debet sumere ablutiōem calis  
 cis in prima missa. quia alias sacramē  
 tum. in secunda missa nō sumeret ieiun  
 nus. sed potest istam dare puero mdo.  
 v̄l potest seruare eandem. quousq̄ eu  
 caristiā in secunda missa sumpserit et  
 tūc istam ablutiōem cum secūda simul  
 sumere potest Idem faciat si ter cele  
 brat vel celebrare intendat vt in die  
natalis domini.

Capitulū. vi. An missa boni  
 sacerdotis melior sit q̄ missa  
 mali sacerdotis

Emissa possumus loqui di  
 pliciter. Uno modo quo ad  
 id qd̄ est essenciale misse. seu  
 q̄ntum ad opus operatum. scz corpus  
 xp̄i. qd̄ in missa conficiē. et sic oēs misse  
 sunt eque bone cum in omnibus missis  
 sit idem xp̄c. et idē corpus xp̄i confici  
 atur. Alio mō possumus loqui de missa  
 q̄ntum ad id qd̄ est annexū sacramēto

ināte. vel quantū ad opus operantis  
 et sic qz nō solum missa efficacā habet  
 ab ope operato. sed etiā ex ope operā  
 te ideo ceteris paribus melius est au  
 dire missam boni sacerdotis q̄ mali sic  
 in mensa corpali eundem cibū iocundi  
 us sumimus a ministro mūdo. q̄ ab in  
 mundo *Itē* amē sacramentū corporis  
 xp̄i nec melius dicit̄ p̄ter bonū sacer  
 dotem sicut nec deteri⁹ p̄ter malum  
 sacerdotem. qz nō immerito cōficiētes  
 sed i virtute pficitur creatoris. versus  
 Un̄ sacramenti nō mutat vita mīstri  
 Sicut deterius nō sit p̄ deteriozem. sic  
 nō sit melius p̄ p̄ biterū meliozem.

Sed circa hoc occurrunt duo dubia.  
 Primum an quelibet missa eque efficax  
 sit ad salutem viuoz et mortuoz. et lo  
 quoz de his viuīs et defunctis quicq̄  
 paces sunt effectus misse. Secundum  
 dubiū An missa pro defunctis celebra  
 ta plus eis proffit pro quib⁹ celebratur  
 q̄ pro alijs pro quib⁹ non. Ad primum  
 respondet q̄ missa quo ad sacrificium  
 qd̄ ibi offertur scz quo ad corp⁹ et san  
 guinem xp̄i. eque efficax est ad salutem  
 viuoz et mortuoz eo q̄ in omni missa  
 agit cōmemoratio tam viuoz q̄ mortuoz.  
 sed q̄ntū ad sacrificantē et q̄ntū  
 ad orōnes annexas misse tūc vna mis  
 sa pdest plus vni q̄ alteri. In missa ei  
 que est p̄ defunctis vbi introit⁹ et to  
 tum officium p̄cernit defunctos deu  
 tio sacerdotis et orōnes sp̄iales ibi fa  
 cte plus prodesse videntur mortuis q̄  
 viuīs eo q̄ non sunt pro viuīs sed tā  
 tum nō pro mortuis. Ad secundū dubi  
 um respondet hieronimus p̄ simile di  
 cens. si cereus accensus offeratur i do  
 mum aliquā ob reuerentiā alicui⁹ dñi  
 ibi residētis q̄uis iste cereus singl̄r ad  
 reuerentiā istū dñi offerat. oēs tñ q̄ sunt  
 e ij.

*Ad primum qd̄  
 eque efficax  
 ad salutem  
 mortuoz*

*vt dicitur missa  
 celebrata p̄  
 p̄t p̄ quib⁹  
 p̄ p̄ alij d̄  
 re. d̄ r̄*

in illa domo participant de illo lumine.  
Eodem modo si celebrat missa pro uno de  
functo omnibus eque prodest lumen illud.  
quod in tenebris ostendit. scilicet lucidum cor-  
pus christi ipis defunctis / qui dum vive-  
rent in fide permanserunt. Ceterum orationes  
speciales et deuotiones. et elemosine et ce-  
tera talia pro uno facta plus prosunt  
vni quam alteri.

**Capitulum vij. Quare missa sp-**  
**est libenter audienda**

Missam est libenter audienda /  
multiplici de causa. Prima causa  
quod circumstantes et missam  
deuote audientes vna cum sacerdote sa-  
crificium missae deo proferunt oportu-  
tenti. Unde et sacerdos orat in canone  
in persona ecclesie et circumstantium Sicut in  
primis tibi offerimus Et iterum. Et omnium  
circumstantium qui tibi offerunt hoc sa-  
crificium laudis Secunda causa quod sacrificium  
eucharistie pro circumstantibus et missam  
audientibus specialiter offertur. Unde  
Innocentius tertius super illum locum cano-  
nis ubi fit memoria viuorum sic dicitur.  
Ibidem euidenter apparet quod sanctus sit et  
salubris missarum interesse solennius cum  
sacrificium missae specialiter pro circum-  
stantibus offeratur Tertia causa quod in  
missa propriis circumstantibus et missam  
audientibus. specialiter dirigunt a sacer-  
dote orationes ad deum / et ipsorum specialis fit  
comemoratio cum sacerdos dicit Me-  
mento domine famulorum famularumque tuarum  
et omnium circumstantium / quorum tibi fides  
cognita est et nota deuotio. Quarta  
causa quod missam audiens deuote / non  
existens scienter in peccato mortali cor-  
pus christi specialiter manducat. Unde bea-  
tus augustinus dicit. Et quid paras dente

et ventre crede et manducasti. De pre-  
sentibus. Et quid. Quinta causa quod decesserit  
in isto die communicatus est censendus  
quod corpus christi quod sacerdos in altari  
sumpsit sacramentaliter. ipse creditur  
sumpsisse specialiter. Sexta causa quod quod de-  
uote missam audit accipit influxum  
diuine gratie ex presentia vtriusque scilicet tam  
corpis quam sanguinis christi. Et quicquid maio-  
rem influxum gratie quam sacerdos qui rea-  
liter et in veritate corpus christi manduca-  
cat Septima causa quod ex hoc quod quis deu-  
ote missam audit peccata venialia sibi  
remittuntur. Unde generaliter confessio  
frequens pectoris tonsio / missae audi-  
tio. orationis dominice deuota prolatio. ele-  
mosina. aque benedictae aspersio. Nec  
sax remouet a nobis peccata venialia  
Octaua causa quod nullum sacrificium ita  
prodest ad augmentum gratie et ad dimi-  
nutionem peccati / et ad relaxationem cul-  
pe sicut sacrificium missae quod sacerdos  
in persona circumstantium et totius ecclesie  
sacrificat. Nonna causa quod pie creditur  
quod quidquid homo ad necessitatem co-  
mederit vel biberit quod hoc plus sibi ad  
sanitatem et ad salutem proficit in illa die  
qua missam audit quam si missam non audi-  
ret. Decima causa quia deuota et fre-  
quens missae auditio. valet ad mitigati-  
onem peccati parentum et amicorum. et eorum  
pro quibus orare tenentur si sunt in pur-  
gatorio.

**Capitulum vij. Qualiter missa**  
**fit audienda et quid audienti**  
**fit necessarium**

Audientibus missam quattuor  
sunt precipue necessaria. Pri-  
mum est fides sic quod audiens  
missam fideliter credat quod post con-  
secrationem in ara sub speciebus duobus



panis et vini verus corpus et verus sanguis christi continentur. Et quod fides ad hoc sit necessaria patet quia ista que ibi sunt omnino humana ratione transcendunt et nihil experimento sensibus ingerunt. Unde legitur de quodam qui hoc sacramentum non credidit. et occulte hoc in corde suo tenuit. Contigit quod una die duo viri religiosi. ad hospicium suum puenerunt. et ibi hospitati fuerunt. Mane facto hi religiosi ad ecclesiam adierunt ad legendum missam sicut et legerunt puer quidam hospitis filius. cum istis ad ecclesiam cucurrit. qui in missa vidit sacerdotem hora elevationis puerum eleuare et postea diuidere. et crudum in comunione comedere. Puer valde timens. domum cucurrit et se abscondit postea supuenientibus istis religiosi puer queritur et minime inuenitur. Tandem diligenti facta inquisitio puerum inueniunt et querunt causam sui latibuli. Qui puer respondit timeo illos viros qui puerum in altari commederunt. ne forte me etiam commedant. Quo audito pater pueri errorem quem de hoc sacramento habuerat confessus fuit. et tandem firmiter credidit deo referens gratiarum actiones. quia recognouit hoc miraculum propter sui incredulitatem fore factum. Simili huic legitur in legenda sancti gregorii de quadam matrona. que fide dubia habuit de sacramento corporis christi. quare pro fidei confirmatione ad petitiones beati gregorii panis in altari sub forma crude carnis apparuit. Unde de eo catat ecclesia Clare felicem presulem. vere fidei doctorem quo petere panis christi formam accepit digiti. Secundum quod debet esse in audientibus missam debet esse deuotio quia homines deuote astantes spiritualiter communicant. Unde cum quadam die sacer-

dos missam celebraret/et quedam dominus astaret ipse sacerdos in comunione tantum duas partes hostie inuenit. et terciam amisit. pro qua inquisitio facta et non inuenta. alias duas partes sumpsit. et post missam ante altare se prostrauit et amarissime fleuit. Tunc illa deuota domina/ ad eum accessit. querens ab eo cur fletet et conturbatus esset. qui respondit. quod ei dicere non posset. domina vero dixit. domine mi/ne tristemini. terciam partem hostie quam amisistis/angelus domini mihi attulit. et me cum ea comunicauit. Nec enim duo scilicet fidem et deuotionem si audiens missam in se. habuerit/ fructum et utilitatem huius sacramenti percipit et sepius abundantius quam conficiens. Ex quibus dictis patet quod si deuotio debet esse in audiente missam. quanto magis debet esse in celebrante et conficiente. Tercium quod debet esse in audientibus missam est discretio in adorando. diligenter enim audiens missam acta sacerdotis consideret et videat ne prius adoret hostiam quam fuerit consecrata/ seu forma consecrationis a sacerdote prolata. ne oppositum faciendo ydolatriam committat. Et considerationem sumere potest ex hoc. cum viderit sacerdotem hostiam in manu tenentem et adorantem per genuflectionem. Debet igitur sacerdos esse cautus in tenendo hostiam in manu ne nimium eleuet eam ante consecrationem. sicut quidam indiscreti sacerdotes facere consueverunt in hoc simplicibus laicis occasionem dantes ydolatrando. quod grande est peccatum. De ergo hoc contingat possit sacerdoti quo ad hoc bona dari informatio et cautela videlicet quicumque sacerdos dicendo hanc partem canonis que pridie quam pateretur accepit panem. Recipit hostiam ad manus non eleuet eam in altum.

e. iij.

sed ponet eam supra digitum seu indicem  
sinistre manus partim / et partim supra  
corpale. Et eleuando oculos in celum p  
gratiae tangat pectus dextera ma  
nu ipm tundendo. et facta cruce super  
hostiam antequam pferat verba psecrati  
onis. recolligat se de debita materia  
p sacrificio misse sibi obiecta. Et qd ipe  
debitus sit mister iuxta ritum eccie ordi  
natus. volens seu intendens facere id  
qd xpc in vltima cena fecit cum discipu  
lis suis. in memoria passiois et mortis  
sue instituit esse faciendum p vba ad hoc  
apta. Quia meditatione premissa sacer  
dos pferat formam verborum traditam a  
xpo. scz hoc est enim corpus meum. Et tunc  
hostiam consecratam capiat ad digitos  
prioris vtriusque manus deceter et soli  
cite et tunc eleuet eam non nimis veloci  
ter nec nimis tarde. sed medio modo.  
reuerenter eleuando vltra caput suum  
quanto melius potest. ut ipse circumstantis vi  
dere possit corpus xpi. et e contra reue  
renter supra corpale ad sinistram partem ca  
licis deponedo. vel ad partem anterior  
rem calicis prout sacerdos habet in  
consuetudine quous primus sit cautius. et  
ita se habedo non simpliciter de facili po  
terit dare occasionem ydolatriandi. suo  
modo faciat de calice. Videat tamen qd in ele  
uando non nimis inclinet calicem ad se  
vel a se. ne sibi coringat. periculum effu  
sionis sanguinis xpi sicut heu sepius co  
tingit p biteris indiscretis. Quarto  
debet esse in audientibus missam reueren  
tia cum timore. Unde decretum statuit qd  
nulli laycorum licet in eo loco consistere  
vbi missa celebratur. Nec mulierem decet  
appropinquare ad altare. ut sic sacerdos  
sine impedimento et distractione celebra  
tionis officium valeat liberius expedire.  
Unde quod nunc communiter fit scz qd vi

ri et mulieres in facie prospiciunt sacer  
dotis et ad latera altaris appropinquan  
tes. stant contra faciem sacerdotis multum  
detestabile est. et diuine iusticie contra  
rium. Tales siquidem aduertere debent  
illud quod scribitur. ij. Regum vi. Dum da  
uid voluit educere arcam domini in ciui  
tatem imposuerunt eam supra plaustrum nou  
um. et quod boues calcitrabant et decli  
nauerunt eam / expendit osan manum  
ad arcam domini quod eam teneret. iratusque  
indignatione domini contra eum supra temeri  
tate sua / percussit eum. et mortuus est ibi  
qui nihil aliud fecit nisi quod propriam vxo  
rem in nocte precedenti cognouit. Sicut  
aduertere debet illud quod legitur. Regum  
vi. Percussit autem de viris bethsamiz  
tis eo quod vidissent arcam domini quingens  
milia plebis et septuaginta viros. Si igitur  
bethsamite percussi sunt / eo quod teme  
rarie denudauerunt arcam domini et eam vi  
derunt. que fuit figura corporis christi quod  
magis temerarie ad loca consecrationis  
accedentes sunt puniendi.

Capitulum. ix. Quare  
officium misse versus  
orientem offeratur

Ubitant nonnulli. quibus / vel  
quibus de causis / sacrificium  
misse domino versus orien  
tem offeratur. cum tamen vbiqz sit essentia  
liter. presencialiter et potencialiter. Sed  
huius diuerse cause assignantur. Una  
quia dominus crucifixus ad occidentem  
respiciebat. Et igitur nos orantes  
ad illum respiciamus igitur versus ori  
entem offerimus ut inquit Job. d. amascen.  
Secunda causa est. propter significationem.  
quod sicut illuminatio medij corporalis in  
cipit ab oriente sic nostre mentis illumini

1. Cayoz h  
2. rufus  
missa tebra  
in porye que

natio fit a xpo deo. qui est verū oriens  
De quo legit. Ecce oriens nomen ei?  
et lux vera illuminās omnē hoīem in  
hunc mundū veniente. Tercia causa  
qz ista pars est nobilior ps mūdi et or-  
bis. vt igitur animū nr̄m ad pociora  
cōuertamus et semp nobiliora et poci-  
ora offeramus. Idcirco ad istā partē  
adoramus. Quarta causa qz ibi appa-  
rēt opa eius meliora. ibi nāqz paradysum  
voluptatis nostrā patriā d qua expul-  
si sumus collocavit. Quinta causa qz  
sol in oriēte orit. p quem sol iusticie scz  
xpc qui est verus sol exprimit. Ad oriē-  
tem igit adoramus. vt solem iusticie  
nos adorare intelligam. Sexta causa  
la vt memoriā gloriā nr̄e resurrecti-  
onis que erit p claritate solis splendi-  
dior reuocemus. Septima cā vt dñm  
ad istam partē ascendisse et ad iudiciū  
uenturū ab illa pte quasi expectantes  
mōstrem. Si vō in ecclesijs aliquib?  
altaria ad occidentē constructa inueni-  
unt vt in eccia romana sic fore narra-  
tur. hoc fit ad designandū mortē xpi/  
que p occāsum intelligit. et xpc in alta-  
ri intelligit adorari. Si vero ad alias  
ptes mūdi hoc fit ad extirpandū mo-  
res gentilitatis. Nā et ipi gentiles vt  
dicit Aristot. viij. phisicor. ad orientem  
deos suos adorāt. De ergo videamur  
gentilitatē sequi tūc etiā ad alias ptes  
adoramus et sacrificamus.

Capitulū .x. Qualiter sacerdos  
adorare debeat missam cele-  
braturus.

Sacerdos volēs hostiā missę  
celebrare / et oīes deuotas  
pro populo offerre ai aduer-  
tere debet. qualiter oīes deo offerre

debeat et ipm adorare Estigit sciedū  
qz deus est adorandus ex puro corde.  
scia bona. et fide nō ficta. Contra pri-  
mū peccant hij qui deo in psperis sa-  
crificāt. in aduersis vero deū blasphe-  
man: et maledicūt. de quib? ppheta p  
dixit. Confitebunt tibi cū bñfeceris  
eis. Si vero nō fuerint saturati mur-  
murabūt. Ps. lvij. Contra scdm pec-  
cant hij qui deū grauissime offendunt  
et postea temere sacrificāt De quibus  
Ps. psalmo xlix. Peccatori aut dixit  
deus. quare tu enarras iusticias meas.  
et assumis testamentū meū p os tuum  
Illud vtiqz testamentum de; quo dñs  
ait Luc. xxij. Hic est calix sanguis mei  
noui testamēti. Contra terciū peccāt  
hij qui recte dicūt et prauē viuūt. qui  
bus dñs impropert p pphetam dicēs  
Hic populus labijs me honorat. cor  
aut eoz longe est a me. Qua ppter a sa-  
cerdote sacrificiū est offerendum cor-  
de puro p deuotiōem. fide recta p con-  
fessionē. scia pura p opez exhibitōez  
vel veneratiōem Qualiter aut. oīes  
a sacerdote pñciari debeat / infra pa-  
tebit circa iniciū canonis et finē expo-  
sitiōis. missę

Caplin. xi. Quot mōis missa pa-  
gat et de cātu quo missa solēnizat

Sciendū qz officium missę du-  
pliciter pagit. Uno mō sim-  
pliciter Alio mō solēniter Simpliciter  
dico qz tūc pagitur qñ sine cātu et  
sine mīstris scz dyacono et subdyaco-  
no celebrat Et p oppositū solēniter qñ  
cū modulatiōe cantus et cū hñi mīni-  
stris et ceteris que sunt de solēnitate  
pagit. Qualiter ergo illoz vtroqz mo-  
doz pagi deat insinuat. b. bern. dicens  
e. iij.

Cum aq alia  
sunt pñciata  
vñ omidant

Frates mei immolantes hostiā lau-  
dis. iungamus verbis sensum. sensui af-  
fectum. affectui exultatiōem. exultatio-  
ni maturitatē. maturitati humilitatē  
humilitati libertatem. Sed de cantu  
quo missa solemnizatur est aduertendū  
q̄ vsus cantandi a veteri testamento  
sumpsit in ciuim. vt legit̄. i. Paralip. et  
in li. Esdr̄e. Sane dauid p̄phetaz exi-  
mius cultum dei volens ampliari can-  
tores instituit / qui coram arca federis  
musicis instrumentis et modulatis vo-  
cibus decantarēt. inter quos tres fue-  
runt p̄cipui. scz eman azack ethan. Vñ  
sic legit̄ in li. Paralip. Isti sunt quos  
dauid p̄stituit sup cantores domus dei  
stantes iuxta ordinē suum i ministerio  
de filiis iaphet et eman cantor fili⁹ ioz-  
hel. et a dextris illius azaph filius ba-  
lachie. Ad sinistram aut̄ eius ethan fi-  
lius leyosi. et fecit stare contra altare  
cantores. et in sono eoz dulces modu-  
los fecit. Et de cantu dicit psalmista.  
Cantate dño canticū nouū zc. Scdm  
aut̄ hugonem de sancto victore / tres  
sunt species sonoz que modulationes  
faciunt. Fit em̄ son⁹ / pulsū. flatu. et vo-  
ce. Pulsū / vt in psalterio et lutinis.  
Voce vt in cantu. Flatu vt in tubis z  
organis. Hec genera musicoz antiqui-  
tus populus exercebat in laudem dei  
et sic officium misse scdm Richardum  
ep̄m / cōsistit in psalmis / cantu z lectio-  
nibus. Ad primū gen⁹ musicoz quod  
fit pulsū / spectant psalmodie. Juxta  
illud psalmi. Laudate in psalterio et ci-  
thara. Ps. c. lviij. Psallin em̄ grece  
z canere latine. Ad scdm genus musi-  
coz qd̄ fit p̄ voces / ptinent lectiones  
vt apostolus vocauit lectiōem per vo-  
cem dicēs Ignorantes iesum z voces  
p̄phetarum que p̄ sabbatum leguntur.

Cantus vero reflectitur siue refertur  
ad gen⁹ musicoz qd̄ fit flatu. Celebra-  
tur itaq; cantus vt omēs satagant re-  
ferre gracias et laudem deo. et non so-  
lum manibus immo ore lingua et alijs  
membris debent opera agere quibus  
valeant placere deo. Et etiam vt ani-  
mus audientiū ad deuotiōem valeat  
excitari. P̄dest etiā consonātia sono-  
rum assignari cōcordia morum. sic q̄  
p̄ pulsū cythare manuū operatio in-  
telligatur. p̄ flatum organimentis de-  
uotio. p̄ cantum vero sermonis exhor-  
tatio designetur. Unde bernū. Quid  
prodest dulcedo vocis sine dulcedine  
mentis. frangis vocem. frangas z vo-  
luntatem. seruas cōsonantiā vocum.  
serua cōcordiā mor. vt sis per exem-  
plum p̄coris proximo. p̄ voluntatē dō  
per obedientiā magistro. Et aug⁹. in  
li. ps. sic dicit. Consuetudinē cantan-  
di probat ecclia. vt p̄ oblectamenta au-  
rium / infirmior animus ad affectū pie-  
tatis consurgat. Non em̄ modulatio-  
nes et neumata / in ecclia dehent can-  
ri ad complacentiā hoim. q̄scdm bea-  
tum Grego. P̄derumq; in sacro miste-  
rio dum vox blanda querit. congrua  
vita negligitur. Et cantor deū vocib⁹  
stimulat cum populū vocibus delectat  
Qui alludit Hiero. qui sic inquit. Audi-  
ant adolecentuli. audiant hij quibus  
est in ecclia officium dñi cōmissum. deo  
nō tantū voce psallendū. sed et corde  
esse cantandū. Qm̄ magis deuotione  
q̄ vocis iubilatiōe cantandū est. quia  
non clamor / sed amor sonat in aure dī  
Leterū nō propter carnales sed pro-  
pter spūales delectatiōes vsus cantā-  
di in ecclia institutus est. vt qui verbis  
nō compungunt saltem suauitate mo-  
dulatiōis moueant. hec Hiero.

## Capitulum xij. De diuersitate officij ambrosiani et gregoriani

Primitiua ecclesia diuersa diuersi quosque pro suo uelle cantabat. dummodo id quod cantabat ad laudem dei pertinebat: Officia tamen ab omnibus obseruabantur que ab apostolis et a christo instituta erant. uide licet dominica oratio. et symbolum. et uerba consecrationis. Succedentibus uero temporibus quia ecclesia dei heresibus scissa erat. theodosius imperator. hereticorum extirpator. rogauit damasum papam ut per aliquem uirum prudentem et catholicum ecclesiasticum faceret ordinari officium. Unde idem papa precepit hieronymum presbitero pro tunc in bethleem cum paula et eustochio uirginibus moranti quatinus officium ecclesie ordinaret. Ipse enim nouerat linguam grecam. hebraicam et latinam. et caldam syriacam. qui mandato eius obtemperans. ordinauit quantum in una quaque dominica uel feria de psalmis legi deberet. Euangelia quoque et epistolas propter cantum ex magna parte ordinauit. Quo ope completo. idem hieronymus. romam misit. et a damaso papa canonisatum est. et preceptum est ab omnibus ecclesiis obseruari. Impropriatumque est illud damaso pape. propter auctoritatem quam interposuit. Officium uero missae tam ambrosius quam gregorius cantu ordinauerunt. quibus diuersimode. De qua diuersitate legitur in uita eugenij. quod cum officium ambrosianum magis ab ecclesia frequentaretur quam gregorianum. adrianus papa celebrant concilium. et statuit quod officium gregorianum deberet uniuersaliter obseruari. ad quod karolus imperator omnes clericos minis et supplicijs per diuersas prouincias cogebat. Beatus uero eugenius ad hoc concilium

ueniens. post ipsum per triduum induxit papam. ut omnes platos qui huiusmodi concilio interfuerant et iam recesserant reuocaret. quo facto. et concilio congregato. omnium patrum concursus fuit sententia. quod ambo missalia. scilicet gregorii et ambrosij super altare sancti petri ponerentur. signaculis episcoporum munita. et clausa. et quod fores ecclesie clauderentur. et omnes tota nocte insisterent. ut dominus indicaret per aliquod signum. quod eorum officium ab ecclesia magis uellet obseruari. Et hoc per omnia factum est. Mane autem intrantes ecclesiam inuenerunt ambo missalia aperta. et missale gregorianum penitus dissolutum. huc illucque dispersum. Ambrosianum solum modo apertum in eo loco ubi positum erat inuenerunt. Quo signo sufficienter edocti diuinitus statuerunt quod officium ambrosianum tamen in sua ecclesia seruaretur. gregorianum uero per totum mundum deberet obseruari. et ita adhuc hodie seruatur. Ceterum in ecclesia nihil est canendum uel legendum. quod a sancta romana ecclesia non sit canonisatum et approbatum.

Capitulum xiiij. De hora celebra-  
tionis missarum.

Delesterus papa instituit quod ante horam tertiae missae non celebrarentur. ut habetur de presbytero. dist. i. ca. nocte. Quod de missis popularibus et conuentualibus in quibus fit concursus populi intelligendum est. quia secundum beatum Augustinum. Populus a publicis missis que hora tertia dicuntur non retrahatur. Leo tamen papa diluculo suae in prima parte diei ad celebrandum missam intrauit. cuius auctoritate adhuc hodie missa potest celebrari. ut dicitur de selecta. dist. i. ca. Nocte. Celebrant autem missa popularis

seu publica aut hora tertia sexta vel nona In hora tertia. quia hora tertia spiritus sanctus super apostolos in linguis igneis descendit et eadem hora Christus crucem portavit. et lignis in dorso est crucifixus clamantium/ crucifige crucifige eum. In sexta hora Christus vere est crucifixus manibus gentilium. In nona quia in illa hora in cruce pendens emisit spiritum Celebratur autem hec missa popularis in diebus dominicis et festis hora tertia. id est post festum hora sexta. in quadragesima. vero hora nona De hac materia etiam aliquantulum dicitur in tractatu secundo

Capitulum. xiiij. De prima institutione missae et a quibus missa secundum hominum ritum est ordinata

Propter cetera ecclesie sacramenta/ illud constat esse precipuum quod in missa officio supra mensam sacratissimi altaris celebratur representat illud ecclesie officium et convivium. in quo filio revertente pater occidit vitulum saginatum. id est panem vite et vinum quod sapientia miscuit proponens Hoc autem officium missae Christus instituit. cum novum condidit testamentum disponens heredibus suis regnum sicut disposuit ei pater ut edant et bibant supra mensam eius in regno suo. Et cenantibus illis accepit panem benedixit ac fregit dicens. Accipite et comedite. hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Similiter et calicem postquam cenavit dicens. Hic est calix sanguinis mei qui pro vobis effundetur. Mathe. xxvi. et Luce. xxii. Hic verbis panem et vinum in corpus suum et sanguinem transsubstantiando missam instituit. Hac igitur institutione apostoli in formam ceperunt hoc sacrosanctum fre-

quentare misterium. propter causam quam expressit dominus dicens. Hoc facite in mea commemoratioem formam servantes in verbis et materia servantes in rebus. prout apostolus. id est ad corinthios. vij. testatur dicens. Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis apostoli autem hanc missam adhaeruerunt dicentes non solum haec verba circa consecrationem. sed et dominicam orationem scilicet pater noster. Unde sanctus petrus primo sic in antiochia legitur missam celebrasse. et beatus iacobus frater domini simili modo in pontificalibus hierosolymis primo dicitur missam celebrasse. marcus in alexandria. iacobus enim frater domini qui primum possedit hierosolimitanam ecclesiam. et basiliscus cesariensis episcopus cuius sanctitas tunc toto orbe claruit addiderunt in scripturis hunc modum celebrandi missam. ut habetur de psalmo. dist. i. ca. Iacobus. Littera diversis temporibus a sanctis patribus et doctoribus et summis pontificibus scilicet celestino. gregorio. ambrosio. thelesio. fixto. et multis alijs leguntur adiecta. prout christiane religionis cultu crescente visa sunt decetius expedire

Capitulum. xv. De provida ordinatione missae et in quibus consistit.

Officium missae tam provida ordinatione legitur dispositum quod omnia que circa Christum et per Christum gesta sunt. ab incarnatione usque dum celos ascendit/ maxima ex parte continet et ipsa tam in verbis quam in signis admirabili specie representat. ut infra lucide apparebit ipsum autem officium missae in quatuor consistit videlicet in personis. in operibus. in verbis. et in rebus. Personarum tres sunt ordines scilicet persone celebrantes

ministrantes et circumstantes. Personarum ministrantium tres sunt ordines. scilicet accoliti. dyaconi. et subdyaconi. Accoliti grece latine ceroferrarij dicuntur. ad deportandum cereos/ quoniam euangelium est legendum. vel sacrificium offerendum. Tunc enim accendunt luminaria et deportant ab eis/ non ad effugandas aeris tenebras. cum soleo tempe rutilat sed ad signum leticie demonstrandum. ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendat. De qua Job 1. dicit. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ad accolitum etiam pertinet preparatio luminarium in sacrario. Ipse etiam cereum portat ipse. ut ceolum cum vino et aqua subministrat pro eucharistia. Subdyaconus preparat. et ad ipsum pertinet calicem et patenam ad altare christi deferre. et leuitis tradere. et ministrare aquam et manutergium presbiteris ante altare. Ad dyaconum vero pertinet assistere sacerdotibus. et ministrare in omnibus que aguntur in sacramentis christi scilicet in baptismo et confirmatione. et eucharistie mensam. Altare vestire et predicare euangelium et epistolam. Per tres vero sunt species. videlicet actus. gestus. et motus. Verborum etiam tres sunt diuersitates. scilicet orationes. modulationes. et lectiones. Rerum similiter sunt tres partes scilicet ornamenta. instrumenta et clenodia. que omnia diuinis plena sunt mysterijs ut infra patebit

Capitulum .xvii. De reuolucione legalis sacrificij ad sacrificium misse

Emplum olim domini erat diuisum in duas partes. Celo interposito vna pars fuit extraluminum. et ista vocabatur prior edes. alia interior et vocabatur sancta sanctorum. Hanc

partem secundam templi interioris scilicet sanctam sanctorum solus pontifex intrabat semel in anno. hinc nota prima in rationali scripta. ferens sanguinem et carbones ignitos cum thymamate in thuribulo ponens adurebat. donec fumus eius obumbraret. Deinde ad propiciatorium et aram sanguinem aspergebat. hec omnia signa fuerunt sed recesserunt postquam veritas et signata aduenerunt. Et quod hec significat circa canonem ostendit. precipue tamen tria sacrificia ecclesie per propiciatorium. thuribulum et altare signata sunt scilicet sacrificium penitentie. sacrificium iusticie. et sacrificium laudis. De primo dicit propheta psalmus 1. Sacrificium deo spiritus tribulatus cor contritum etc. De secundo idem propheta dicit Tunc acceptabis sacrificium iusticie etc. De tercio idem propheta. Tibi sacrificabo hostiam laudis Super altare caro mactatur. intra thuribulum thus adoletur. Et ad propiciatorium sanguinis inferunt Caro mactatur in strutione. thus adoleat ex deuotione. sanguis inferitur pro redemptione super altare corporis intra thuribulum cordis ad propiciatorium dei patris. In sacrificijs panis et vinum et aqua spiritualiter offeruntur. In sacrificio penitentie offertur vinum doloris et contritionis. aqua meroris et plorationis. panis laboris et afflictionis. Doloris in corde meroris in ore. laboris in opere. In sacrificio vero iusticie offertur panis fortitudinis et constantie. vinum rectitudinis et prudentie. aqua mansuetudinis et temperantie. Fortitudinis inter aduersa. rectitudinis inter iniqua. mansuetudinis inter peccata. Sed in sacrificio eucharistie offertur panis unitatis. vinum caritatis. aqua felicitatis. panis pro corpore. vinum pro anima. aqua pro populo. ut. i. plenius ostendit. Inter hec sacrificia primum educit. secundum deducit. tertium inducit. Educit. incipit

entes: deducit proficientes. inducit proficientes. Educit incipientes ex egipto. deducit proficientes per desertum peregrinationis et inducit profectos in patriam glorificationis. hec tria sacrificia sacerdos offert in mensa. Primum in confessione. secundum in oratione. tertium in actione seu canone. Nam et tria sunt que secundum prophetam deus requirit ab homine scilicet diligere misericordiam. facere iudicium. et sollicitè ambulare cum deo. Diligat ergo inquam qui vult offerre sacrificium pietatis. Faciat iudicium qui vult offerre sacrificium iusticie. Cum deo sollicitè ambulet qui vult offerre sacrificium eucaristie. hec Innocentius.

Laplin xvij. Quare dies sabbati cessit beate marie virginis in speciale commemoratione. Et quomodo officia missae distinguantur secundum aliquas terrarum consuetudines in numero dierum in ebdomada.

**P**ristinis temporibus in ecclesia heresibus pullulantibus. et sanctam trinitatem impugnantibus ex instructione alicuius magistri. et rogatu karoli et bonifacii archiepiscopi moguntinensis ecclesie statuto quolibet die dominico missa de sancta trinitate celebrabatur. secunda feria de sapientia. tertia feria de spiritu sancto. quarta feria de caritate. quinta de angelis. sexta de sancta cruce. sabbato de beata virgine. Causa vero cessante cessavit istius dominicalis officii ordinatio. Et postea statutum fuit ut prima feria haberet suum officium. secunda feria de angelis. quia tunc primo creati sunt in bonis gratuitis. Tunc enim lux diuisa erat a tenebris. id est boni angeli a malis quia tunc boni confirmati sunt in gratia. et mali ceciderunt. scilicet in secunda feria. sed in prima feria creati sunt in bonis naturalibus. Sed consuetu-

do inoleuit. quod secunda feria celebratur pro defunctis. quia ut innuit quidam aie que sunt in purgatorio prima feria refrigerium habent. et statim secunda feria redeunt ad penam. quare ut subveniant earum laboribus. missa pro illis in secunda feria celebratur. In tertia feria tunc pro peccatis celebrabatur. In quarta feria pro pace. In quinta pro tribulatione vel resumebatur officium dominice. sed nunc consuetudo induxit ut celebraretur de corpore christi. In sexta feria de sancta cruce que appropriatur passioni christi in qua christus crucifigi et mori voluit. In sabbato de beata virgine. Quare autem dies sabbati cessit ad speciale memoracionem beate virginis. huiusmodi multiplex ratio assignatur. Una hystorialis. Legitur enim sic quod in quadam ecclesia civitatis constantinopolitane erat imago beate virginis coram qua dependebat velum quod tota vespere labat imaginem. sed hoc feria sexta hora vespere recedebat ab imagine nullo momento. sed solo dei miraculo et quasi in celum deferabatur. ut ad plenum posset imago a populo conspici. Celebratis vero vespere in sabbato descendeat ipsum velum ante eandem imaginem et ibi manebat usque in sextam feriam hoc miraculo visum statutum est ex divina inspiratione ut si ista feria nisi festum impediatur memoracione et missa de beata virgine habeatur. Secunda ratio quia domino crucifixo et mortuo in sexta feria suis discipulis fugientibus et de resurrectione non credentibus tota fides catholica in sabbato qua dominus in sepulchro quievit in sola beata virgine permansit. idcirco ista dies magis memoracioni sue quam alia appropriatur. Tercia ratio. quia dies sabbati est quasi introitus et ianua ad diem dominicum. Dies autem dominicus est dies requiescit et significat vitam eternam. vnde cum sumus in gratia domine nostre quasi sumus in ianua paradisi



et ipsa nobis est porta ad regnū celoz  
 idcirco sibi in sabbato qđ pcedit diem  
 dñicum solemnizant. Quarta rō vt so  
 lennitas et memoratio mris memo  
 ratiōi et solēnitati filij q̄ sexta feria pa  
 gitur continuet. Quinta rō. vt festiui  
 agat in die ista qua dñs ab omni ope qđ  
 patrarat quieuit qui est dies sabbati.

Sequit tractatus quintus libri  
 primi. De ornamentis sacerdotilib⁹ et  
 instrumentis ad officium misse requisitis.

Actum erat i tractatu  
 pcedenti ca. ij. qđ missa  
 nō sit celebranda nisi a  
 sacerdote vestib⁹ sacer  
 dotalibus ad hmōi offi  
 cium requisitis et orna  
 mētis induto. et vbi assunt certa instru  
 menta ad hoc req̄sita. Quare iam q̄stū  
 ad quintū tractatū et vltimū huius li  
 bri primi. de eisdem in sp̄ali aliqđ est  
 dicēdū. Et hēbit tractat⁹ ille duo ca.  
 De indumentis et ornamentis sacerdo  
 talibus capitūlū primū.  
 De instrumentis ad officium misse re  
 quisitis capitulū scđm.

Capitūlū primū De indumentis  
 et ornamentis sacerdotilib⁹.

Eligio diuina alterz habitū hz  
 in ecclesiasticis officijs et alterz  
 in cōmuni vsu vt scđm muta  
 tiōem habit⁹ vita mutet in melius. et  
 scđm sp̄m viuēdo ipe sacerdos exem  
 plū cūcto xp̄iano p̄lo p̄beat bone cō  
 uersatiōis. Nec i quotidiano vsu vesti  
 bus sacris licet vti. etiā in vestib⁹ p̄mu  
 nis vite vsu pollutis. nō licet ingredi i  
 sancta sanctoz. seu vestibus sacris et

mbis et p̄scia pura quā designāt diuina  
 sacramēta sunt tractāda scđm qđ insti  
 tuit stephan⁹ papa dicens. Vestibus  
 sacris nō nisi in ecclesiasticis et dō dignis  
 vti liceat. officijs p̄ q̄s vestes in sacris  
 vtēdas nō oīa sacra et misteria et intel  
 lectū sacre scripture fore p̄plo reuelan  
 da intelligimus. Et est sciendū qđ sacre  
 vestes a veteri testamēto sumptēnt ori  
 ginē. p̄cepit em̄ dñs moysi. qđ faceret  
 aaron et filijs ei⁹ vestes sacras in gliaz  
 et decorē. vt loti et sacris vestib⁹ indu  
 ti sacerdotio fungerent. vt dicit Exod.  
 xxviii. De eodē hētur Ezech. xlv. i hec  
 verba. Ipsi ingredientē sanctuarium  
 meū. et accedēt ad mēsam meā. et mini  
 strēt mihi. et custodiāt ceremonias me  
 as vestib⁹ vtātur lineis. nec ascēdant  
 sup eos quicq̄ laneū qm ministrat mihi  
 in portas atrij et intrinsec⁹. Lumq̄ in  
 gredientē atrij exterius ad populū ex  
 uant se a vestib⁹. in quib⁹ ministrauerūt  
 et vestiēt se vestimētis alijs. et non san  
 ctificabūt i vestib⁹ suis. Et qđ dicitis  
 p̄sutant errores quozdā hereticoz. re  
 phendentij nos temere qđ talib⁹ orna  
 mur dicētes qđ nunq̄ xpc et discipuli  
 eius hmōi vestib⁹ legunt induci fuisse.  
 Quib⁹ obuiat sic respōdendo. xpc no  
 luit oīa p se instituire. sed voluit suos  
 successores et vicarios i hoc honorare  
 qđ in p̄cessu t̄pis p̄ inspiratiōez sp̄scti  
 ad suā reuerētiā multa p̄ suos mīstros  
 instituerent. qđ notauit in his v̄bis cū  
 dixit aplis. Multa adhuc habeo vobis  
 loqui. sed nō potestis ea portare modo  
 Vestes sacrate qđ sacerdos induitur  
 scđm p̄munē vsu sunt hęc. Suphu  
 merale qđ caput velat et humeros tes  
 git. Alba linea que totū corp⁹ tegit et  
 vestit. Lingulū qđ albā stringit et coar  
 tat. Manipul⁹ qui sinistrum brachium